



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

Monacellus, Franciscus

Venetii, 1706

Descriptionis Baptizatorum Form. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

Nati ex Parentibus incertis.

F O R M U L A II.

Die... mensis.... anni.... Ego N. Parochus Ecclesiae N. baptizavi infan-
tem natum in hac Civitate (vel alio loco) ex Parentibus incertis die....
hora (quatenus sciri potest) cui impositum fuit nomen N. Patrinus fuit N. in
Parochia N. & Matrina N. Ex Parochia N.

Si autem sciatur Mater, scribatur nomen ejus, quatenus non adsit periculum
infamiae, cuius occasio semper tollenda est: Si vero infans fuisset expositus, ne-
que constet per testes finisse baptizatum, tunc scribatur in Libro, ut infra.

F O R M U L A III.

S U M M A R I U M .

- 3 Expositi, an & quomodo sint baptizandi.
- 4 Quid agendum quando dubitatur de

- | | |
|----------------------|---|
| validitate Baptismi. | 5 Obstetrics debent esse instructae, &
vpprobatae. |
| | 6 In collatione Baptismi adhibendae sunt
solemnitates, secluso periculo mor-
tis; alias Baptizans peccat. |

Die. . . mensis. . . anni. . . Ego N. Parochus Ecclesiae N. loci N. baptizavi in-
fantem expositum in loco N. repertum ibidem ab N. & verisimiliter na-
tum tribus ab hinc diebus, cui impositum fuit nomen N. Patrinus fuit N. & Ma-
trina N. ex hac mea Parochia. (vel alia.)

2. Expositi enim absolutè, & absque
ulla conditione baptizandi sunt quoties
est omnimoda ignoratio de collato Ba-
ptismo, nec ulla datur in oppositum pro-
babilis conjectura: Si vero haberent ap-
pensam collo, vel in alia corporis parte
in qua esset scriptum recepisti-

se Baptismum, tunc sub conditione bapti-
zari deberent, ut communiter distinguunt
DD. relati à Romaguer. ad Synod. Gerund.
lib. 3. tit. x8. cap. 7. à n. 9. cum seqq.

Si infans fuisset Domi baptizatus ob pe-
riculum mortis, qui postea decepsit, scri-
batur in Libro sic.

F O R M U L A IV.

Die.... mensis anni . . . hora.... natus est infans filius legitimus,
& naturalis N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ, qui ob immi nens
periculum mortis postea secutæ baptizatus fuit Domi eorumdem ab N. obste-
trice approbata (vel alio) cui impositum fuit nomen N. Patrinus (vel Matri-
na) fuit N.

Si vero infans periculum mortis evasit, erit deferendus ad Ecclesiam, ut sup-
plementum ceremoniae Ritualis, & tunc describatur in Libro sic.

F O R M U L A V.

Die . . . mensis . . . anni . . . natus est infans filius legitimus, & natu-
ralis N. & N. Conjugum hujus meæ Parochiæ N. qui ob periculum mor-
tis baptizatus fuit Domi dicta die ab Obstetric approbata, quo tamen postea eva so,
& delatus ad Ecclesiam, Ego N. Parochus explevi ceremonias, & **preces praescri-
ptas**